

Georg Radow

**Georgius Radovius, Iuris Doctor & Profess. Publ. Facultatis Iuridicae, In Academia Rostochiensi, Hodie Decanus, Suo, & Dnn. Collegarum nomine, Ad Disputationem Inauguralem Dn. Andreae Wolffeni/ Rostochiensis, Die solenniter habendam Magnificum Dn. Rectorem ... omnium Ordinum, Cives Academicos, ac Literatos, ea, qua par est, observantia, & humanitate invitat**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747320322>

Druck Freier  Zugang





K. K. — 2(90.)

1. Carr  
2. Bar  
3. Sca  
4. Fel  
5. lat  
6. it  
7. B  
8. B  
9. C  
10. B  
11. C  
12. C  
13. C  
14. D  
15. A  
16. B  
17. B  
18. B  
19. B  
20. B  
21. B  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.

1. Curven de actione funeraria.
2. Bartholdi de concunhu dotis et fisci.
3. Prothicher de munerum et immunitatum jure.
4. Felch de re venatoria ejusque annexo jure.
5. Saker de jure decerpenti ponum in alieno.
6. Schultes de jure patronatus canonico.
7. Pocht de cautione de non offendendo.
8. Obrecht. sacra terminè.
9. Conring de summae potestatis subiecto.
10. Conring de optima republica.
11. Conring de regno.
12. Conring de boni consiliani in republica munere.
13. Scheurl. de divitiis deq; inventione nummi et usu.
14. Obrecht de resillo imperiali.
15. Masou. de processu exceptionis quae ob transactionem parti  
agenti objici solet.
16. Redeker de subditis.
17. Redeker de traditionibus.
18. Radov de jure necessitatis.
19. Radov. de horreis publicis.
20. Radov. de necessitate inveniendi matrimonium.
21. Radov. de delictis carnis.
22. Struv. de juribus liberorum.
23. Struv. de reliquis. non in suis.
24. Struv. de pacto hereditatis conservativo.
25. Struv. de Judaeis.
26. Kämpfer de juribus coloni partiarii.
27. Kämpfer de jure appulvris.
28. Meyer de jure circa cadavera punitorum.
29. Arianus. de veterum juris interpretum distinctionibus quas  
magistrales vocant.
30. Bremen de tractatibus.
31. Reyster de oblatione.
32. Philippi de usu. non communium odor siphustus Inbrauis.
33. Welz de juribus particularibus statutis et consuetudinibus.
34. Mylius de economie vetito ad L. S. C. de juris: omni: jud:
35. Lencx de usu divortiorum.

36. Martini de monte pietatis.
37. P. Müller de odio variationis.
38. Starpprecht de admittance personae extraneae in dispositione parentum inter liberos.
39. Rokit jura fidejussoris convenire volentis principalem debitorem antequam ipse mori.
40. P. Müller de gradu doctoris.
41. Schwendendörffer de communionem bonorum conjugali.
42. Rokit de reticentia.
43. Lyncker de nominatione socii criminis.
44. Schroeder ad l. fidei commissum C. de inofficiosis dotibus.
45. Eysen de factoribus.
46. ~~Styber~~ de jure commutationum apud veteres Germanos. Sect. 2.
47. Hasse de litis contestatione an et quatenus bonae fidei possessor per eam in mala fide constitutatur?

20  
GEORGIUS

RADOVIUS,

Juris Doctor & Profefs. Publ.

FACULTATIS JURIDICÆ, IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,

HODIE

DECANUS,

Suo, & Dnn. Collegarum nomine,

*Ad*

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN. ANDRÆ *Wolffen*

ROSTOCHIENSIS,

*Die*

*solemniter habendam,*

Magnificum DN. RECTOREM,

Amplissimum Utriusq; Reipublicæ Sena-

tum, & cæteros omnes, omnium Ordinum, Cives

Academicos, ac Literatos, eâ, quâ par est, observantiâ, & humanitate invitât.

☉: (o): ☽

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1675.

*de necessitate in eum  
si matrimonium.*



Apientia non minus, quam veritatis plena, ipsique Aristoteli probata ea est Philosophia: Omnibus animalibus naturale esse desiderium, quale ipsum est, tale alterum relinquendi *1. Pol. 2.* Cujus quidem desiderii causam ipse Philosophus, solo rationis lumine illustratus, à maris & foeminæ constitutione non male accessit *lib. 2. de gener. anim. cap. 1.* ostendendo, illos generationis gratiâ in rerum naturâ esse: attamen & hujus constitutionis aliam oportet esse causam, quam sacra historia nos ignorare non finit, quod scilicet, cum primo creationis tempore pauca essent animantia, eaque ipsa futuro interitui obnoxia, multiplicationis illis legem dixerit Omnipotens Creator, ac propterea naturæ ipsorum indiderit aliquâ procreandi libidinem, ut hoc modo mortalitatem individuorum compensaret specierum immortalitas; absque quo fuisset, ante multa jam secula, aut interiisset mundus, aut saltem nullum habuisset incolam, cujus tamen gratia conditus erat. Et hanc quidem naturalem inclinationem ac generandi appetitum, qui hæcenus omne animantium genus conservavit, non in brutis tantum reperiri, sed & hominibus cum his esse communem, vix in dubium vocabunt illi, quos ipsa rerum Magistra, experientia, docuit, non magis sensus expertia animalia, quam quæ rationis usu gaudent, ad sui suorumque conservationem naturâ ducente ferri, ac averfari ea, quæ interitum afferre videntur; quæ prima naturæ Stoicorum Schola appellare solet. Enimvero ista procreandi cupiditas in se  
spe-

ſpectata ad animæ ſenſitivam facultatem pertinet, quæ non competit homini, ut homini, ſed ut animali, *Ariſt. d. l. 2. c. 1. de gener. anim.* cùm ſola ratio hominem à bruto ſecernat: quò reſpexiſſe videtur *Ulpianus*, cùm *in l. 1. ff. d. juſt. & jur.* maris ac fœminæ conjunctionem, liberorum procreationem & educationem ad jus naturale refert, ejusque peritiã cuncta animalia cenſeri arbitratur; non quod putaret, inter bruta verè jus eſſe, & conjugium intercedere, ſed intuitu naturæ, quæ perfectionem in omnibus rebus intendens, in plantis expreſſit ſimulacra ſenſus; in brutis, rationis; in hominibus, divinæ mentis, *Bachov. ad pr. Inſt. de jur. nat. gent. & Civ. n. 1.* & quod ipſo rerum uſu cognoſceret, nos in naturã cum beſtiis communi, habere quandam aptitudinem, inclinationem & quaſi præparationem ad jus rationabile. *Winckler. de princ. jur. lib. 3. cap. 5.* Alias verò ſatis conſtat, quam luculentum ſit inter actus hominum atque brutorum diſcrimen, & quod hæc ſola naturã regantur, & ex neceſſitate agant, illorum verò inſtinctus naturales liberi ſint, & rationis ſubjaceant imperio, ab illã gubernandi. Unde quoque ſuã ſponte fluere videtur, iſtam procreandi cupiditatem, quam hominibus cum brutis antea communem eſſe diximus, ab illis ratione eſſe temperandam, atque coercendam, niſi humanitatem exuere ac ipſi rationi reniti velint. Ex dignitate certè hominis eſt, non per vagos concubitus, pecorum inſtar, procreari; & maximè ad decorum in ſocietatibus ordinem facit, pacti relligione cohabitationes marium



& foeminarum muniri, *Pufend. Elem. Jurispr. Univ. lib. 2. Obs. 5.* id quod per solum matrimonium fieri constat, quod nihil aliud est, quam viri & mulieris conjunctio, individuum vitæ consuetudinem continens *princip. Inst. de Nupt.* adeoque excludit & polygamiam, & scortationes, & stupra, & adulteria, & omnia peccata carnalia, ad quæ inordinata libido mortales incitare solet. Ex dictis quoque satis apparere arbitror, homines ad ineunda conjugia obligari, & illam quidem obligationem ex lege naturæ esse, quæ unumquemque ad colendam vitam socialem adstringit. Enimverò nihil tam necessarium, aut in rebus mortalium perinde venerandum est atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps sobolis series existit, quod regiones atque civitates frequentes reddit, undè optimæ Reipublicæ fit coagmentatio *Nov. 140. pr.* quod denique mortalibus immortalitatem videtur artificiose introducere *Nov. 22. in praf.* dum naturæ, mortis ingluviei obnoxiiæ, opem fert, humanoque generi perpetuitatem elargitur, id, dum ab illâ depascitur, non omninò deperire sinens, uti scitè loquitur *Imp. Leo in Nov. 26. in pr.* Unde statum matrimonii elementum mundi, principium Civitatis constituendæ, hominum officinam, seminarium reipublicæ ac Ecclesiæ amplificandæ concinnè appellat *Plato 4. de LL. ac alibi 6. de LL.* statuit, Cives oportere liberis generandis atque educandis operam dare, ut vitam, quam ipsi à Majoribus acceperunt, vicissim, quasi taxam ardentem, posteris tradant. Romanis certè conjugiorum sobolisque semper magnam

gnam curam, nec ignominia solum cœlibatum, sed & poenæ fuisse testantur annales *vid. Lips. ad 3. Ann. Tac n. 45.* Unde quoque legis Papiæ (quæ & Pappia Pop-pæa dicitur) sub Imperatore Augusto latæ, utilitatem commendat *Bodin. lib. 6. de Republ. n. 662.* ejusque caput non ultimum, quod prohibuit, ne fœmina, quin-quaginta annis minor, sexagenario nuberet, aut vir, hæc ætate junior, quinquagenariam duceret in uxorem, imprudenter à Claudio abrogatum contendit *Besold. Pol. lib. 1. cap. 10. n. 16.* Cæterum ista matrimonium con-trahendi necessitas cum aliquo temperamento est ac-cipienda, nec eò trahenda, quasi is quoque, qui per insignem continentiam libidinis stimulos rerundere, ac in cœlibe vitâ egregia societati humanæ ministeria præstare possit, præclaris hisce conatibus per mulie-bres illecebras compedes injicere teneatur. At si qui sublimiori isto non agantur spiritu, quorum utique non minor pars est, eos ad societatem conjugalem non tam invitat, quàm obstringit natura rationalis. Omnis e-nim conjunctio maris ac fœminæ fieri debet in matri-monio, extra quod si quis vel soboli procreandæ vel soli libidini indulgeat, delictum carnis committit, quippe dum à rectâ ratione deflectit, actus ille in tur-pitudinem aliquam & deformitatem incidat necesse est. Pia omninò ac notatu digna sunt hanc in rem verba Leonis in *Nov. 89.* *Nihil, inquit, inter cœlibatum & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium in-venias. Conjugalis vitæ desiderio teneris & conjugii leges ser-ves necesse est. Displicent matrimonii molestia & cœlebs*  
*vivas,*

vivas, neq; matrimonium adulteres, neq; falso celibatus  
nomine culpam prætexas. Verum enimverò quotusquil-  
que est, qui huic veritati aures præbeat obsequentes?  
quis non libidinem magis, quam rationem ducem se-  
quitur? quo fædiora sunt atque detestabiliora carnis  
delicta, eò sunt frequentiora, quamvis ad ea extirpanda  
non minus Ethica atque Theologia, quam Politica &  
Jurisprudencia vires suas intendant. Et Ethicus qui-  
dem officium suum facit, cum istius vitii turpitudinem  
deformitatemque detestando, castitatis verò ac tem-  
perantiæ præstantiam ac pulchritudinem extollendo,  
mediaque huic consequendæ proponendo, studet  
hominem ab ista miserâ vindicatum, civilis societatis  
facere participem. Cum verò tanta sit humanæ natu-  
ræ corruptio, ut pauci virtutis amore, vitiorūq; odio fla-  
grent; Ethico succurrit Theologus, æterna præmia ac  
pœnas repræsentans illis, qui vitia hæc vel fugiunt, vel  
appetunt. Quo si nihil proficitur, (magna enim est  
hominum malitia) ne hæc morum corruptela in rei-  
publ. perniciem atque interitum degeneret, Politica suas vires  
exerit, virtutem pœnis armat, proponit supplicia, relegationes,  
fustigationes, gladium, ignem, ut illâ severitate discant aut libi-  
dines suas moderari, aut legum subire pœnas. Et huic assistit  
Ictus, cum delicta examinat, & ex præscripto legum sententias  
fert, fontes puniendo, innocentesque absolvendo; quæ ulter-  
rius hic prosequi instituti ratio non permittit, maximè cum e-  
gregiam hic præstiterit operam Clarissimus Dominus Candida-  
tus in Dissertatione sua Inaugurali, quam de DELICTIS CAR-  
NIS, eleganter conscripsit, solenniterque die defen-  
det. Natus a. is est hic Rostochii, patre Viro Prudentissimo  
DN. ANDREA Wolffen Urbis hujusce Senatore, ætariique  
Meklen-

Meklenbl. Prov. præfecto meritiſſimo, amico noſtro ſingulariter  
colendo, Matre, omni præclariffimarum virtutum genere or-  
natiffima Matrona, ANNA Schlutowen/ quam tamen fata An.  
1667. ipſi eripuerunt; qui ab ineunte ætate omnibus ipſum &  
pietatis & literarum, quæ quidem in iſtam ætatem cadunt, ru-  
dimentis ſolicitâ curâ imbui curarunt, donec poſt ampliores in  
ſtudiis progreſſus, quos in hoc ludo literario, privatimvè ſub vi-  
ris multò doctiſſimis fecerat, iisdem ſuadentibus, ad celebrem  
Stadenſium Scholam ablegaretur, ubi præeuntibus præcepto-  
ribus, quos tum illa Schola, uti in omni eruditionis genere, ita  
præſertim in Oratoriæ, Hiſtoriæque cognitione excultiſſimos  
habebat, hodieque habet, egregia humanioris literaturæ hauſit  
fundamenta. Revocatus domum, ductu Viri Excellentiffimi,  
DN. HENRICI DRINGENBERGII, tum Moralium in præſens  
autem Catech: Chriſtiana & Hebr. L. Profeſſoris celeberrimi,  
Collegæ atque Amici noſtri honoratiſſimi, nonnihil ſtudiis illis  
appoſuit, inſimulque animum ad majora, Sacrarum ſc. legum  
applicuit, uſus quàm maximè meâ tum temporis informatione  
privatâ: Hinc An. 1664. Helmſtadium miſſus, hospitem ſibi  
elegit Virum maximè Reverendum, Ampliſſimum atque Excel-  
lentiffimum Dn. D. Frider. Ulr. Calixtum Theologum, cujus  
privatâ informatione, in iis quæ ad Fidei Articulos apprimè  
facere videbantur, Politicis jurisq; collegiis tam publicis quàm  
privatis reliquorum Dnn. Profeſſorum famigeratiſſimorum  
haud neglectis, perfruitus. Reverſus domum ſtudium juris  
tam meo quàm Excellentiffimorum meorum Dnn. Collegarū  
ductu tam diu feliciter continuavit, uſque dum, integro trien-  
niò laudabi iter peractò, primum Jenam, indeque Livoniam pe-  
tèret, ubi ipſum Generoſiſſimus ſummeq; Strenuus Dominus  
HANS FERSEN S. R. M. S. Generalis & Provinc. Livon. Conſil.  
Hereditarius in Weiſenſtein &c. Ut & Generoſus Dn. JOH.  
von Funcken S. R. M. S. Equitum præfectus Hereditarius in Lō-  
ſer &c. & Tutoris & Vitrici nomine Ephorum Generoſæ indolis  
juveni ADAMO JOH. von Burten Hereditario in Noſſferr/  
Loiſ &c.

Loiß &c. constituere: cujus etiam studia per annum promovit;  
donicum Generosissimus maximèque strenuus, quin omni  
doctrinæ genere Excell: Dn. ANDREAS Lösscher von Hergfeld)  
S. R. M. S. Defultoriorum Equitum Vice-Chiliarchus, Heredita-  
rio in Orgametz &c. tres suos generosæ indolis filios ipsi etudi-  
endos committeret, quorum etiam literis ad biennium ferè in-  
vigilavit. Inde revocatus domum Nobiliss. atq; Consultiss. Dn.  
HABERMANNI J. U. D. & P. P. Excellentiss. Collegæ atq; amici  
nostri honoratissimi, informationi privatæ bienniali subscripsit,  
hocque manu ductore, ultimam, quod ajunt, manum studiis suis  
Academicis adeò feliciter admovit, ut absolutis absolvendis, nõ  
minus Dni. parentis sui consilio, quam studiorum suorum fidu-  
ciâ fretus, Amplissimæ Facultati nostræ suum profiteri nomen  
haud dubitaret. Admissus ad examen privatum rigorosum eum  
se in eo præbuit, præstititque, cui licentiam, pro summis in utro-  
que jure honoribus publicè disputandi, Amplissima Facultas  
ex merito concedere non minus debuit quàm voluit, cum igi-  
tur huic actui dies hujus mensis      Uti jam dictū, destinatus  
sit, proinde, ut is tantò reddatur illustrior,


Magnificum DN. RECTOREM, Amplissimum utriusque  
Reip. Senatū, Excellentissimos & Amplissimos omnium Fa-  
cultatum Professores atque Doctores, Reverendos verbi Divi-  
ni Ministros, Clarissimos Philosophiæ Magistros, nec non No-  
bilissimam studiosæ juventutis coronam, & illos deniq; omnes,  
qui Literatis, & cum primis Ampliss. Facultat. nostræ favent, ea  
qua decet, observantia invitatos atq; rogatos volo, ut dicto tem-  
pore gravioribus suis negotiis tantillū subtrahere & Clarissimo  
Candidatorum benevolâ attentione, tum amicâ, quibus lubet,  
collatione adesse haud gravatim velint. Hoc beneficii non con-  
temnendi genus, uti ille gratissima mente venerabitur, ita ego  
idē illud quibus cunq; meis officiis promptissimè quocunq;  
loco & tempore demerebor, Valet.

P. P. Sub Sigil. Facultat. Jurid.


A. O. R.

M. DC. LXXV.

[0] 90














gumentum ex quibusdam legibus del  
momenti habet, quo minus leges a di  
dium productae eorum sententiae pat  
enim primo ad constitutionem Imper  
NIANI ET VALENTIS *i*) iam supra (S  
tinet, secundum quam *litigator victus i*  
*bitione tenèatur, nec tantum fructuum prae*  
*ipse percepit, agnoscat, sed etiam eos, q*  
*set, non quos eum redegisse constat, exsol*  
*ex quo re in iudicium deducta* SCIENTIAM  
SESSIONIS ADCEPIT; verba eius postren  
*fidei possessionis adcepit, non pro adiectio*  
pro adiectione declarante habenda sunt,  
omnibusque aliis legibus conuenienter  
*ex quo eo ipso, quod res in iudicium deducta*  
*exitum scire debet, se ciuilitè pro malae fidei*  
inde effatum SCTI PAVLLI *u*) iam supra  
quod scilicet bonae fidei possessor her  
post litem contestatam in modum praec  
et casum petitori, etiamsi hic rem fuisset  
stare debeat, egregie quidem probat, b  
rem per litem contestationem in mala fi  
contra principia naturalis aequitatis, *sa*  
verum neutiquam ostendit, ipsum etiam  
*dum quid, scilicet quod ad praestatione*  
culpaè, post eam malae fidei possessori es  
Immo contrarium ICTUS in hac lege ec  
innuit, quod regulam generalem in o  
DRIANI stabilitam: *vt post adceptum iud*

F 2

*i*) In L. 2. C. de fruct. et lit. expens. VII. 51.

*u*) In L. 40. pr. D. de heredit. petit.

43

minus  
in me-  
Quod  
LENTI-  
tam at-  
*ei redhi-*  
um, quos  
*e potuis-*  
tempore,  
DEI POS-  
m malae  
ate, sed  
turalem  
habent:  
tum litis  
eri. De  
datum,  
quidem  
litem  
s, prae-  
offesso-  
non,  
nstitui,  
secun-  
etiam  
ndum.  
bscure  
i HA-  
i prae-  
stetur,

